THOMAS DE AQUINO OP U. A.

Österreich oder Deutschland, 2. Hälfte 15. Jh. Seite 193r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31491
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



193

Ad Romanos

Capit. 12: Exhibete corpora vra hostia viuentem sanctam deo placentem rationabile obsequium vrum. Et nolite conformari huic seculo. Reformamini in nouitate sensus vri. Non plus sapiendo quam oportet sapere sed sapiendo ad sobietatem. Benedicite persequentibus vos. Benedicite et nolite maledicere. Gaudete cum gaudentibus flete cum flentibus. Non alta sapientes sed humilibus consentientes. Nolite malum pro malo reddentes. Si fieri potest quod ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes. Non vosmetipsos defendentes carissimi sed date locum ire. Scriptum enim est. Mihi vindicta et ego retribuam dicit dominus. Si esurierit inimicus tuus ciba illum si sitit potum da illi hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Capitulum 13: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non enim potestas nisi a deo. Que autem sunt a deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam principes non sunt timori boni operis sed mali. Vis autem non timere potestatem. Bonum fac et habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris timeo. Nemini quicquam debeatis nisi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum legem implevit. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo legis

Et dilectio

Ro. 12 Ecce homo se hostiam hyp. 9 et ad Deu. 7 pro

Ro. 13 Ecce sit deus superioribus

Deu. 32 Heb. 10

Ps. 24